

Fratres Theutonici in Livonia cedant quartae parti bono-
rum feudalium ab Osiliensi Ecclesia ipsi solvendae.

Omnibus praesens scriptum concernentibus frater
Primarus Magister fratrum ordinis Do-
mus Theutonicae per Livoniam salutem
in Domino sempiternam. Notum esse vo-
lumus quod, mediante venerabili in Christo
Patre D. Eugelberto Tarbatensi Episcopo,
inter Reverendum Patrem Nicolaum Epi-
scopum Osiliensem, et Capitulum suum Osi-
liensis Ecclesiae nomine ex una, Nosque, et
fratres nostros ex parte altera, super quar-
ta parte bonorum feudalium vasallorum
eiusdem Osiliensis Ecclesiae in Maritima,

8201 AC
sive haeredibus decedentium, et quibusdam
aliis causis, et controversiis, talis composi-
tio amicabile, sive ordinatio pacifice in-
tervenit. Quod nos, et fratres nostri pro
nobis, et successoribus nostris renunciavi-
mus, et cessavimus simplicibus omni iuri,
actioni, et impetitioni, quae nobis virtute
privilegiorum nostrorum, seu praescriptio-
ne, vel alio quocumque titulo in quarta
portione bonorum feudaliū predicta com-
petit, vel competere potuit in futurum.
Ita tamen, quod bona, quae nos, et fra-
tres nostri ante tempus dicti Domini
Jacobi Briliensis Episcopi, ratione dictae
quartae apprehendimus aut in feudum
concepimus, debeamus pacifice possidere.

In cuius quartae recompensam, et restau-
rationem praefatus Dominus Osiliensis
De consensu sui Capituli nobis, et fratri-
bus nostris 36. uncas cum omnibus iuribus,
et pertinentiis suis, quos Dominus Alexius
miles in Parochia Hanel ab ipsa Osilien-
si Ecclesia tenuit in feudum, designavit, et de-
liberavit perpetuo possidendos. Remiserunt
etiam dicti Domini Episcopus, et Capitu-
lum 3. marcas argenti, quas nos, et fratres
nostri ratione villae Raidelae sibi solve-
re tenebamur. Insuper propter bonum pa-
cis, et concordiae, ac instantias Dni Episcopi
Tarbatensis supradicti relaxatis hinc inde
omnibus iniuriis, damnis, et offensis, promit-
timus nos Magister, nostrique fratres pro

nobis, et successorum nostrorum nomine, ex
nunc pacem firmam concordiam veram,
et stabilem amicitiam cum sepedictis Do-
minis Episcopo, et Capitulo Osiliensis Ec-
clesiae, et ipsorum successoribus firmiter
observare. Nec debemus nos, aut fratres
nostri ipsorum mala, damna, et incom-
moda in partibus, vel extra partes facere,
vel procurare, publice, vel occulte. In cuius
rei testimonium sigillum nostrum una
cum sigillis fratrum nostrorum.....

Unquade Lautmarscalci, Henrici Holsa-
ci in Detrismande, Egberti Bul in Heu-
da, Nicolai Persinoe in Perona, et Reine-
ri Mummen in Lealis Commendatorum,
presentibus est appensum. Actum, et

Datum in Raemesolun Anno Dni 1328. in
 Die B. Viti, presentibus nobilibus viris Domi-
 nis Theoderico Swarten, Enersardo Sweden
 Tarbatensis Ecclesiae Canonico, Valdemaro
 de Roscu, Valdemaro de Dolen, Ralando
 de Ungaria militibus, et aliis plurimis fi-
 dedignis.

Descriptum et recognitum ex Libro ms. cui titulus = Nun-
 tiatura di Polonia = tom. 19. pag. 328. t.º, qui adservatur in
 Tabularis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem
 Dabam & IV. Idus Junii MDCCGXXXVII.



M. Marini
 Tabular. S. R. E. Praefectus

M. Marin

Tabulariorum S. R. E. Prefectus



Actum in Praesentibus diebus 1828 in
Praesentibus nobilibus viris
et Reverendis viris Doctoribus
et Reverendis viris Doctoribus
et Reverendis viris Doctoribus
et Reverendis viris Doctoribus

et Reverendis viris Doctoribus
et Reverendis viris Doctoribus
et Reverendis viris Doctoribus
et Reverendis viris Doctoribus

Actum die 17. Julii Anno MDCCCXXVIII

Dr. J. J. J.
Dr. J. J. J.



et Reverendis viris Doctoribus
et Reverendis viris Doctoribus
et Reverendis viris Doctoribus
et Reverendis viris Doctoribus

12 II

